huius vicii et adcautelam posterorum spiritus sanctus
secreta illorum duorum sciens scilicet quod defraudabat
de precio agri venditi sibi partem occultare conquad-
tes et parte in quod deponentes non est passus hoc vicium
occultum emanare quod petrus tunc ignorabat sed ex
revelacione miraculosa didicit et in terrore poste-
rorum extremo supplicio puniuit sed deus ipse non
petrus sed ad increpacionem quam meruit sibi non hoc
sed spiritus sanctus Et hoc factum fuit ex temptacione
sathane ut ibi textus dicit et primus requisiuit pe-
trus an pro tanto solo precio quod in quod offere-
bat totum agrum vendidisset sive volens an-
imo occultandi partem precii retinuisset Et for-
te ideo quesiuit ut ad primam eos revocaret et
hanc partem eis offerret Ecce si pro parte precii mor-
te temporali dampnati sunt quid multis aliis
fiet qui totum sibi usurpant Potuisset sibi totum
precium sicut agrum retinuisse et non in quod dedisse
sicud multi alii fideles et eos fuisse saluati
sicut petrus eis dixit sed quia pro hoc quod se iunxe-
rant sanctis et partem precii obtulerunt professionem
paupertatis fecisse intelliguntur ideo nichil oc-
cultare debuerunt Vnde si hodie omnes tales pro-
prietarii simili pena mulctaretur multos occisos
videremus Sed non dum venit tempus genera-
lis punicionis dimissa sunt memorie commen-
danda et multum formidanda Ex predictis
iam satis claret intellectus eorum verborum scilicet nec quisquam

lig habe